



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

10. De Georg Cappadoce, qui virtute SS. Eucharistiæ tamdiu à vinculis liberatus quibus c[on]stringebatur, donec ipsum corpus Dominic[um] sumeret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

28 COLLATION. SACRAR.
oblatum. Hinc ergò fratres charissimi, hinc
certa consideratione colligite, oblata à nobis
hostia sacra, quantum in nobis soluere valeat
ligaturam cordis, si oblata ab altero, potuit in
altero soluere vincula corporis.

*De Georgio Cappadoce, qui virtute SS. Eucharistia
tamdiu à vinculis quibus constringebatur libera-
tus, donec ipsum corpus dominicum sumeret, circa
annum Domini 600. Habetur in vita S. Nicodemi
Sicaorum Archimandrita, à Gregorio presbyteri
eius discipulo conscripta.*

C A P. X.

Georgius Cappadox, cum vinctus ad Phra-
gram Imperatorem traheretur, tanquam
imminutæ maiestatis, crimini obnoxius, con-
piebat sanctum Theodorum inuisere, ac cum
se precibus commendare, à quo instructus, à
multis diuinarum scripturarum testimoniis
confirmatus, petiit vt diuinorum mysteriorum
particeps fieret. Tunc S. Theodorus ad eum
des, Veneramini, inquit, filij. Domini mysterium,
& soluite hunc dum illud accipit: non
enim est equum, vt quisquam vinculis oblat-
tus Christum suscipiat, qui pro nobis est pas-
sus, vt nos ab inferni vinculis liberaret. Cum
autè illi excusarent se, dicerentque id sibi no-
licere, Georgium enim esse virum nobilem
strenuum, qui si solutus esset, velletque ingre-
tus esse, & aufugere, nullo modo comprehen-

di posset: S. Theodorus sumpto diuinæ communionis poculo, vt id illi impartiret suspirās ad Deum suspexit, & ilicō vincula humi cum strepitu conciderunt. Quamobrem cū milites tumultuarentur, & ad fores claudēdas currerent, ne Georgius fugeret: Nihil, inquit S. Theodorus, timeatis; Ego enim gratum & sincerum huius viri animum planē noui. Cū igitur illi diuina mysteria tribuisset, voluit etiam, vt simul cum custodibus apud se cibum caperet.

Venerab. Beda in historia Anglicana lib. 4. cap. 22. refert exemplum memorabile per omnia simile superiori, cuius etiam meminit D. VVilhelmus Lindanus lib. 4. Panopl. Euangel. ca. 55.

CAP. XI.

Refert Beda, qui ab eximia cū fide tum probitate venerabilis cognomen inuenit fratrem regis Merciorum Edifridi suorum magna cum strage fusum, inter quos & adolescens nobilis Imma cecidisse ferebatur. Huic frater erat Germanus Iunna presbyter atque Abbas, à cuius præstantia & Iunnacesti oppidum nomen tenet, cui cum de fratris internecone foret nunciatum, ille ad castra properans, cadauer sepeliendū inquit: quod vbi se inuenisse crederet: (nam fraternus amor iudicij aciem nonnunquam obnubilat) domum aduchit, honorificè sepeliens, atque pro absolute animæ eius sæpius Missas facere